



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

22 Adulterium spirituale sequi trahiq[ue] ex ambitiosa vel auara
Episcoporum commigratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

21
 Nemo adul-
 ratur ut fiat
 adulter.

22
 Adulterium
 spirituale se-
 qui trahit ex
 ambitiosa vel
 auara Epif-
 coporum com-
 migratione.

23
 Causam illā
 que priuatum
 Episcopos mo-
 uet ex concilio

maritum & vxorē. quinimodò nec maritis licet
 alias consecrari mulieres, nec Episcopis li-
 cet ad alias transire ecclesias, quia violatèr am-
 bo id est Episcopi & mariti ius coniugale; hi
 quidem carnale, illi autem spirituale; hi pro-
 pter libidinem, illi propter vel auaritiā vel
 ambitionem vel etiā leuitatem. qui adulte-
 rantur nunquam propterea adulterātur ut vio-
 lent coniugium, sed ut suis indulgeant cupidi-
 tatibus, ex quibus tamen ista coniugij violatio
 per sese necessariò consequitur & cōcomitur
 etiā inuitos. Synodus illa Sardicensis (ut &
 alij plerumque solent legumlatores ecclesiasti-
 ci) causas quidem posuit quibus ipsimet Epi-
 scopi priuatim impelluntur ad suas ecclesias
 deserendas & ad alias occupandas; attamen
 quantum præterea scelus illæ causæ priuatae se-
 cum trahant respectu ipsarum ecclesiarum seu
 quoad publicum ecclesiæ bonum impedi-
 dum, non minus reliquit vnicuique confide-
 randum. quid Episcopi spectarent exprimen-
 dum erat, quid hinc sequeretur incommodi
 publici sponte sua & per sese satis intelligeba-
 tur. Falsum præterea est quod ibidem Duar-
 nus addit, primi canonis illius è Sardicēsi con-
 cilio prolati partem duntaxat posteriorem ex-
 tate nostris in decretalibus, nempe c. 2. de e-
 lect. quandoquidem prior quoque canonis il-
 lius pars extat in c. 1. de cler. non residentibus,
 nimirum hæc, non liceat episcopo de ciuitate
 sua transire ad aliam: manifesta est enim causa
 pro qua facere hoc attentat; cū nullus sit in-
 uentus